Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



monita sive manducamus. sive bibimus. sive aliud
quid agamus. omnia in gloriam dei facimus. Apparuit
primo in iudea / deinde in galilea. Post hec rursum
in iudea / die quo ascendit in celum. Aderat ecclesie
cum primo solius iudee terminis clauderetur. Adest
modo / cum iudeis obculpam perfidie derelictis. transiui
grauit ad gentes. Aderit in futuro / cum ante finem
seculi reuertetur ad iudeam / et sicut apostolus ait. in
tranite gentium multitudine. sic omnis israhel
saluus erit. Nouissime illis apparuit ascendens
in celum. Aderit et nobis / ut cum post mortem sequi
mereamur. ad celos / si ante mortem eum in betha
nia unde ascendit. idem in domum obedientie
sequi curamus. Ipse etenim celum ascensurus.
bethaniam venit / quia sicut apostolus ait. factus est obe
diens usque ad mortem / mortem autem crucis. propter quod
et deus illum exaltauit. Venimus ibidem et nos. si quod
ille monet agimus. quod promisit intendimus.
Esto ait fidelis usque ad mortem / et dabo tibi coronam
vite. fitque ipsius gratia largiente. ut qui nobiscum usque
ad vite huius terminum manet. Post hanc nos vitam
ad videndam secum vite celestis premia sublevet / in qua
uiuit et regnat cum patre deus in unitate spiritus sancti per
omnia secula seculorum amen. Secundum Lucam

In illo tempore cum sero esset die illo una sabbatorum.
et fores essent clause. ubi erant discipuli propter
metum iudeorum. venit ihesus et stetit in medio eorum
et dicit eis pax vobis / etc. Omelia beati Augustini

Cum esset ergo sero die illo / una sabbatorum /
et fores essent clause / ubi erant discipuli
propter metum iudeorum / venit ihesus et stetit in medio